


ARIADNES
CAROLINO-CANONICÆ
PARS QVARTA.

SIVE

CASUS PRACTICI CANONICO-CIVILES,
IN SEX DECADES DISTRIBUTI,
IN QVIBUS VARIE MATERIE UTRIUSQUE JURIS
JUXTA SPECIEM FACTI SEMPER PRÆPOSITAM
EXAMINANTUR, ET DECIDUN-
TUR,

UBI NONNUNQVAM THEOLOGIE PRACTICÆ DO-
CTRINA CUM JURE CANONICO CONCURRIT.





ARIADNES CAROLINO - CANONICÆ PARS QUARTA. DECAS PRIMA.

CASUS I. CANONICUS COLONIENSIS,

Ad Librum I. Decretal. de Electione, & postulatione,

SEU

DISCORDIA CANONICA, OLIM CONSTANTINOPOLI AB INNOCENTIO III, NUNC COLONIÆ 1688. AB INNOCENTIO XI, SOPITA.

Stylo Oratorio proposita in solenni principio Studiorum, seu Cathedra Canonice in Universitate Oenipontana, Anno 1688. 3. Novemb.

SYNOPSIS.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Exordium fit à bellis, & Victoriis Hungaricis contra Turcas.</p> <p>2. Controversie presentis Origo indicatur; adjecto duplici Brevis Pontificio, cum Specie Facti.</p> <p>3. Fit Propositio, & quasi Litis Contestatio, cum Juramento Calumnie.</p> <p>4. Species Facti cum Circumstantiis magis explicatur, & partes Actoris, & Rei injunantur.</p> <p>5. Actor pro Electionis valore perorans urget c. 40. de Elect.</p> <p>6. Ac veterem Decisionem applicat presenti casui Colonienf.</p> <p>7. Exceptio Rei pro Postulatione acriter pugnantis ex c. quia propter 42. de Elect.</p> <p>8. Nova Replicatio actoris, aptè conciliantis ea duo Capitula, ut Jurium Correptio evitetur.</p> | <p>9. Explicatur duplex eligendi Modus; Simplex; & Mixtus, qui duo valde differunt.</p> <p>10. Autoritate maximâ tam Antiquorum, quam Recentiorum stabilitur intentio Actoris, seu præsens Electio Mixta.</p> <p>11. Cui nil obstat privatus sensus valet Glossæ, ut hic offendit Actor, concludens Replicam.</p> <p>12. Duplicatio Rei impertinens rejicitur: accedit Conclusio in Causa.</p> <p>13. Sententia Summi Pontificis Definitiva pro hac Electione, rejicitur Postulatione.</p> <p>14. Non datur hic Appellatio, sed oportet acquiescere sententia justissime Supremi in terris subditi.</p> |
|--|---|



Exordium à Tempore & bello contra Turcas.

Victoriis Hungaricis contra Turcas etc.

1. **Q**uinquennium, eoque amplius numerari, nemo est, qui ignoret AA. ex quo Lunæ illius superbissimæ cornua decrescere, Vis illa toti pridem Christiano Orbi formidanda concidere, & supra se victoribus alis evolantem Aquilam expavescere est coacta. Non urbes, & oppida tantum, sed Provincie amplissimæ, sed regna integra Victoris Augustissimi LEOPOLDI potestati, vincens Duce CAROLO fortissimo, se dediderunt, applaudente, quæ latè patet, Europâ universâ, exultante præ cæteris Romano-Germani Imperii populo; cujus robore velut parentis fecundissimæ gremio

tot victoriæ prodierunt, cujus armata dæcceræ Turcarum jugum ab Hungaricæ cervicibus excussit, sineæ Romani Cæsaris dilatavit, nec, uti Spes est, dilatare cessabit, donec Constantini Regia, vel expugnata, vel ultra dedira venerari deuo didicerit Orthodoxi Capitis Majestatem. Sic, sic optant, vorèntque universi Germanicæ populi, sic optat, urgèntque Summus in terris Antistes, Romanus Pontifex, uti bello contra Turcas conficiendo impenabilimè addictus, ita Pacis inter Christianos Principes conservandæ perquam studiosus. Novit enim, & exploratum habet, nunquam facilius exterrere superari hostem, quàm ubi

ARIADNES
CAROLINO-CANONICÆ
PARS QVINTA.

SEU

TRACTATUS TRES CANONICI,
THEORICO - PRACTICI

- I. De Decimis.
- II. De Sponsalibus.
- III. De Prælati Regularibus.

UBI PRÆTER THEORIAM, MULTI CASUS
PRACTICI RESOLVUNTUR.

ARIADNES
CAROLINO-CANONICÆ
PARS QUINTA.
TRACTATUS I. CANONICUS
 SEU
MANIPULUS DECIMARUM,
 IDEST
QVÆSTIONES X. CANONICÆ,
 ET
PLURES CONTROVERSIE, SEU CASUS LI-
TIGIOSI DE DECIMIS CUM ALIIS QUINQUAGINTA
POSITIONIBUS EX UNIVERSO JURE
ECCLESIASTICO.

QVÆSTIO I.


Que sit notio nominis ac Definitio Decimarum.

SUMMARIA.

1. *Etymologia Nominis Decimarum exponitur.*
2. *Varia ejusdem Nominis significatio, seu Homonymia.*
3. *Quamnam alie voces Synonyma Decimas Canonicas exprimant?*
4. *A Nomine transitur ad Rei explanationem.*
5. *Ponitur Definitio Decimarum Canoniarum.*
6. 7. 8. *Eadem Definitio magis explicatur.*
9. *Solvitur dubium contra definitionem motum.*
10. *Cur Numerus Decimus præ aliis sit electus ad Decimas?*

By P. Wex Arizones. Pars V.

I.



Decimæ sortitæ sunt hoc Nomen à parte Decima, quæ ex fructibus, aut aliis rebus persolvitur, & à de Decimus, ubi S. Hieronymus ex Sacris Literis Num. 18. ait: Decimam partem quoniam frugum Levitica Tribus populus ex Leg. dabatur &c. Cui nomenclationi tævet Jus Civile in L. 2. §. 1. ff. de Publicianis, dum Ulpianus J. C. prescribit: si Decimas quis bonorum vorat, actio non præstet esse in bonis desinit, quàm fuerit separata &c. quàm legem notis illustrans Gothofredus multa de Decimis Ecclesiasticis admiscet. Ab eodem nomine dicitur ager Decimanus, ex quo Decoma, seu Decima pars penditur, Cetero Lib. 2. de fructus. Erolim decimare Legionis significabat supplicium, quod pars decima militum luebat; cum enim plures apud Romanos delictum perpetarunt, decimus eorum supplicio afflictabatur, ut sic metus ad omnes, pœna ad paucos pertingeret, quæ ex Livio, Tacito, Suetonio & aliis referunt Euman. Gonzalez ad l. 7. de Decimis n. 7. & Hen. Canillus c. 1. de Decis. n. 1. ubi addit, frequentius in

A

pi-